

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Studium y  
cum fonte primo

Studia eciam saluti corporis prosunt. ←	Quae mihi tunc fuerint solacio dicam, si prius hoc dixero, haec ipsa quibus adquiescebam medicinae vim habuisse; <u>in remedium cedunt honesta solacia, et quidquid animum erexit etiam corpori prodest.</u>
In remedium enim cedunt honesta solacia et quicquid animum erexit eciam corpori prodest.	
→	<u>Studia</u> mihi nostra <u>saluti</u> fuerunt; philosophiae acceptum fero quod surrexi, quod convalui; illi vitam debeo et nihil illi minus debeo.
	Lucius Annaeus Seneca, <i>Ad Lucilium epistulae morales</i> , 78, 3 (L. Reynolds ed., vol.1, p.249, ll.22-27).
Cogito quam multi corpora exerceant, ingenia quam pauci; quantus ad spectaculum lusorum uel lucrorum fiat concursus, quanta sit circa artes bonas solitudo; quam imbecilli animo sunt quorum lacertos humerosque miramur.	<u>Cogito</u> mecum <u>quam multi corpora exerceant, ingenia quam pauci; quantus ad spectaculum non fidele et lusorium fiat concursus, quanta sit circa artes bonas solitudo; quam imbecilli animo sint quorum lacertos umerosque miramur.</u>
Seneca LXXXI. epistola.	Lucius Annaeus Seneca, <i>Ad Lucilium epistulae morales</i> , 80, 2 (L. Reynolds ed., vol.1, p.261, ll.6-10).